Corpus glossariorum Latinorum: Thesaurus glossarum ...

Georg Goetz, Gustav Loewe, Gotthold ...

Digitized by Google

473
G611
Vol VI

STANFORD UNIVERSITY LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

473
G.611
Vol VI

STANFORD UNIVERSITY LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPVS

GLOSSARIORVM LATINORVM

A

GVSTAVO LOEWE

INCOHATVM

AVSPICIIS SOCIETATIS LITTERARVM REGIAE SAXONICAE

COMPOSVIT RECENSVIT EDIDIT

GEORGIVS GOETZ

VOL. VI

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCIX

Digitized by Google

THESAVRVS
GLOSSARVM EMENDATARVM

CONFECIT

GEORGIVS GOETZ

PARS PRIOR

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCIX

Digitized by Google

LIBRARY OF THE
LELAND STANFORD JR. UNIVERSITY.

a. 44875

NOV 13 1900

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Thesauro glossarum qui uti volent ut recte utantur pauca praemonuisse satis erit.

1. Collegi et recepi quidquid glossarum quattuor quae edita sunt voluminibus continetur, nisi quod e colloquiis, fabulis, tractatibus tertii voluminis notabiliora tantum excerpsi tritis vocabulis omnino abiectis. His addidi supplementa quaedam ab ELIA STEINMEYER ('Z. f. deutsch. Alterth.' a. 1889 p. 242 sqq., a. 1896 p. 276) et I. H. GALLEE ('Altsächs. Sprachdenkm.' ed. a. 1894 p. 331 sqq.) sive publicata sive indicata (h. e. glossas Monasterienses, Werthinenses, Monacenses), quae additamentis primi vel septimi voluminis ex ordine codicum inserentur. Sed ne erroribus quos admisit GALLEE haec sylloge irretiretur, meum et WESSNERI apographon non uno loco iam nunc secutus sum. Denique partim ex meis schedis — inprimis ex apographo libri glossarum — partim ex LOEWII, MAII, DVCANGII libris impressis, item ex PAPIAE Elementario (ed. Mediol. a. 1476) et OSBERNI Panormia (ed. A. MAI. a. 1836) glossas nonnullas exhibui, quas quidem quaestionibus glossematicis usui fore mihi persuasissem. Ex aliorum medii aevi vastis corporibus, ut HVGVCIONIS, IOHANNIS DE IANVA, MATTHAEI SILVATICI, ne nimis a consilio meo aberrare cogerer, paucula quaedam delibavi, hausta partim ex exemplaribus impressis, partim ex meis schedis, partim ex copiis DVCANGII.

2. Glossas non modo collegi aut collectas exhibui, sed pro virili parte emendavi. Scripturam librorum ubi mutavi, plenam discrepantiam olim diligenter adnotatam denuo proponere nolui, sed ea tantum quae res postulare videretur cum cura selegi, eamque omnino mihi normam esse volui, ut meras sordes erroresque librariorum abicerem, formas vero latinas sive vetustas sive recentiores sive vulgares et romanenses praeter tritissimas vilissimasque, quas ubique recoquere taedium esset, ne obscurarem. Emendationes virorum doctorum, ut SCALIGERI, VVLCANII, SALMASII, DVCANGII, O. MVELLERI, HILDEBRANDI, OEHLERI, LOEWII, BVECHELERI, ROENSCHII, HERAEI, DEVERLINGII,

FVNCKII, LANDGRAFII, KRVMBACHERI, STOWASSERI, WARRENII, NETTLESHIPII, SCHLVTTERI aliorum eo quo par est studio adscivi, quamquam neque omnes quas noveram coniecturas commemorare potui neque omnes me novisse affirmare audeo. Itaque sicubi mihi adscripsi quae iam aliorum nominibus occupata sunt, cum sine dolo malo factum sit, suum quemque repetere lubenti animo patiar.

3. Lemmata latina quibus graeca non ita pauca interposita sunt per litteras digessi. Ex interpretamentis quae ad illa lemmata pertinent potiora excerpsi, excerpta litterarum ordini tamquam lemmata inserui, ne nimis delitescerent. Quamquam cavendum fuit, ne lemmatum numero sine modo aucto ambitus libri ultra quam fas esset cresceret. In glossis botanicis quae synonyma inveniuntur non omnia excerpenda aut in lemmata vertenda duxi, cum multa ne latina quidem sint et facile ab eis, quorum interest synonymorum omnem molem novisse, inveniri possint. — Glossarum graecolatinarum praeter eas quas modo tetigi interpretamenta lemmata fieri iussi: unde consectarium fuit, ut Pseudocyrilli qui fertur diversa interpretamenta in totidem lemmata mutata pro ordine litterarum disicerentur iisdem vocabulis graecis repetitis: ubicumque tamen alterum interpretamentum ex altero demum suam lucem accipere videbatur, hoc ut indicarem varia ratione operam dedi. Si cuius intererit hoc vel illo loco integram formam cognovisse, glossam evolvat. Quod de Pseudocyrilli glossis exposui, in alias quasdam collectiones transferendum esse semel moneo. Lemmata corrupta aut suum locum habent ex ordine elementorum emendatione subiecta aut cum sanis glossis coniuncta sunt: sive hoc sive illud factum est, ut quae cohaererent facile coniungerentur quoad eius fieri potuit plerumque curavi. Participia a verbis seiunxi, ne cogerer ab adiectivis distinguere, quod saepissime nullo modo fieri potest. Placidi nota signavi et genuinas glossas Placideas et iniuria in codicibus Placido adscriptas. Glossis codicis Einsidlensis, quarum quidem auctoritas aliorum glossariorum testimoniis non firmatur, saepius *unde*? adscripsi, ut indicarem suspectae originis esse: nam earum pars certe novicia est. Indicem graecorum vocabulorum septimum volumen continebit.

4. Locos scriptorum ad quos lemmata vel interpretamenta redire videantur ubi indagaveram indicavi. Quod facile fieri potuit in glossariis ad certos auctores eosdemque pertinentibus, ut in glossis Vergilianis (IV p. 427 sqq.), Terentianis (V p. 529 sqq.), Nonianis (V p. 637 sqq.), Iuvenalianis (V p. 652 sqq.), Ciceronianis (V p. 657 sqq.), Ovidianis (V p. 546); item in glossarum farragine, quae quinti voluminis p. 410 sqq. edita est, in glossis 'de canonibus' (i. e. ex conciliorum canonibus; usus sum 'bibliotheca iuris canonici veteris, opera et

studiis Voelli et Iustelli.' Lutet. Paris. MDCLXI), 'de regulis' (scil. Sti Benedicti; usus sum editione WOELFFLINI: cf. TRAVBE, 'Textesgeschichte der Reg. S. B.' 1898 p. 97), 'de libro officiorum' (Isid. ed. Arev. VI 413 sqq.), 'de libro rotarum' (i. e. Isidori de nat. rer.), 'de libro Antonii' (i. e. vita S. Antonii interprete Euagrio; cf. Vitae patrum ed. ROSWEYD p. 36 sqq.), 'de verborum interpretatione' (h. e. de Hieronymo in Matth.; usus sum editione MIGNII), 'de Cassiano' (i. e. de Institutionibus; nam Collationes explicari non videntur), 'de Eusebio' (i. e. de Eccl. hist. interprete Rufino; usus sum editione BEATI RHENANI a. 1523), 'de Clemente' (i. e. Recognitionibus; usus sum editione GERSDORFII), 'de dialogis' (h. e. de Gregorii dialogis; usus sum editione MIGNII): in quibus glossis ad fontes revocandis egregie me iuvit OTTO B. SCHLVTTER Americanus epistulis creberrime ad me datis, quamquam nihil ex eis me desumpsisse quin ipse denuo examinaverim consentaneum est. Difficilior res fuit in eis glossariis quae ad unum scriptorem revocari non potuerunt. In quibus modo metri indicio usus sum, ut saepissime in glossis Vergilianis, Terentianis, Iuvenalianis, modo vicinitate glossarum similium, modo aliis indiciis. Quae me ipsum fugerant, BVECHELER, HERAEVS, SCHOELL adiecerunt; multa LOEWE, FVNCK, LANDGRAF, HERAEVS, alii iam occupaverant. Glossas Orosii et Aldhelmi codicis Amploniani indicavit SCHLVTTER, quem ubi certior suspicio visa est libenter secutus sum: incertiora omisi. Glossas biblicas partim ROENSCHIVS, HERAEVS, SCHLVTTER, partim ipse investigavimus. Isidori libros, Nonii compendiosam doctrinam, Festi et Pauli epitomen, Donati et Servii commentarios, Horatiana scholia, grammaticos latinos, Osberni Panormiam, glossas palaeotheodiscas et anglosaxonicas, reliqua quae cum utilitate adhiberi potuerunt, aut ipse excerpsi aut diligentes discipuli — in his inprimis P. WESSNER olim, postea E. WEISSBRODT — in meum usum excerpserunt. Glossas Livianas haud paucas in codice Casinensi 90 inesse dum plagulas emendamus perspexit HERAEVS. Sed ne quis credat me hanc quaestionis partem quae est de fontibus mihi videri absolvisse, rem incohatam potius quam ad finem perductam ipse moneo: vitam meam totam huic generi litterarum impertire me neque voluisse neque potuisse libere profiteor.

5. Glossas botanicas et medicinales tertii voluminis eodem studio, sed minore successu tractavi quam ceteras. Dioscuridis, Pseudapulei, Isidori, Matthaei Silvatici volumina, item synonyma Bartholomei diligenter versavi, indices optimos Cassii Felicis, Theodori Prisciani, Pelagonii, Plinii, Marcelli, pessimos Caelii

Aureliani aliorumque volutavi, libros BLANCARDI, LANGKAVELII, FISCHER-BENZONII inspexi, commentationes IO. SCHMIDTII, STADLERI, AVRACHERI, WELLMANNI non neglexi: quorum quidem virorum opera multa commode explicari et emendari potuerunt. Pseudapulei editione usus sum ACKERMANNI neque emendata satis et interpolata: nec dubito quin multa rectius tractaturus fuerim, si KOEBERTII editio dudum exspectata praesto fuisset. Quae his et aliis subsidiis adscitis magis grammatica fretus doctrina quam botanica conscripseram, ea dum plagulae emendantur HERMANNVS STADLER, vir etiam botanicarum quaestionum peritissimus, quem KOEBERTIVS liberaliter ad apparatum suum admisit, meo rogatu benigne oculis perlustravit, non semel supplevit aut correxit, fontes indicavit, maculas removit: cuius adnotationes marginibus adiectas quod loci angustiis pressus neque omnes neque plenas exhibere potui vehementer doleo. Formas recentissimas harum glossarum in universum temptare nolui.

6. Glossas anglosaxonicas codicum Amploniani, collegii corporis Christi Cantabrigiensis, Leidensis fieri non potuit ut prorsus excluderem: quarum quamquam haud paucae indicibus WRIGHTII et WVELCKERI, HESSELSII, DIEFENBACHII, item libris et commentationibus SWEETII, SIEVERSII, KLVGII, STEINMEYERI adhibitis a me tractari potuerunt, cum tamen multae superessent, quas ne attingere quidem auderem, FRIDERICVM KLVGE amicum certum mihique benevolentissimum, cuius auxilio iam in 'glossis nominum' edendis usus essem, denuo sollicitavi. Neque id frustra: nam is mihi de multis quaestionibus indefesso studio respondit ipsasque plagulas percurrit. Praeter KLVGIVM etiam EDVARDVS SIEVERS haud paucis locis me consilio et doctrina benigne adiuvit.

7. Praeter eos viros doctos quos de partibus quibusdam huius libri optime meritos esse grato animo professus sum, tres viri commemorandi sunt quorum studia et merita ad omnes partes pariter spectant: FRANCISCVS BVECHELER (= *Buech.*), GVILELMVS HERAEVS (= *H.*), FRIDERICVS SCHOELL: qui non modo plagulis emaculandis operam dedicaverunt salutarem typothetarumque vitia a me neglecta absterserunt, sed etiam meos errores non semel correxerunt, dubitationes modo moverunt modo removerunt, difficultates docte explicuerunt, corrupta feliciter emendaverunt: quorum nomina quod frequenter redeunt iuxta mecum gaudebunt qui hac sylloge utentur.

Ienae, mense Decembri a. MDCCCXCVIII.

G. G.

ADDENDA ET CORRIGENDA I.

Tot milia glossarum cum primum in scidulas essent digerenda, inde denuo contexenda, contexta typis describenda, facile evenire potuit, ut haec vel illa glossa prorsus subterfugeret. Atque quamquam operam dedi fugitivas ut retraherem, tamen fieri non potuit, quin in addendis demum nonnullae ponerentur, maxime in priore parte libri: in posteriore hoc ut evitaretur provisum est. — **abhorresco**] *adde* διαφωνῶ II 275, 49. **abigeus**] *adde post* V 492, 15 (*contam. cum* auidus?). **abominandus**] *adde post* II 242, 12 ἀπευκτόν II 234, 49. **abscidio**] *scr.* ἀποτομή II 241, 48. **absorbuit**] absorta est = *Vulg. Cor.* I 15, 54 (*cf. Lachm. ad Lucr. p.* 254). **abstrudo**] *scr.* ἐξώθησεν. **abusat**] *cf.* abusiue. **abutor**] II 242, 44 *est* ἀποχρῶμαι. **acatus**] *V.* carabus. **accedo**] *ad* accedunt *cf. GR. L.* VII 264, 20 (accidunt). **accidentia**] *V.* addictio. **accitus**] *adde* uocatus IV 5, 41 *et* IV 302, 54 *ante* V 625, 17. **aceo**] acie turba *H. pro* acet curuat. **acerrale**] λαβίς *H.* 'λαβῆς δ. ab acore, quantum digito prendas' *Buech.* **acisculus**] axinoryx *pro* axedonis *H.* **acronyctae**] *cf. Firm. math. p.* 50 *ed. Sk. et K.* **acuto murice**] *Verg. Aen.* V 205. **acutor**] *del.* **auctor.** **acutum cerno**] *v.* certum non cerno. **adhibeo**] *scr.* παραλαμβάνομαι (*pro* -ω). **adhibitis**] *scr.* συνπαραληφθέντων. **admissarius**] *del. V.* amissarius. **adoleo**] *del.* = oleo. **adulo**] *post* II 313, 63 *adde* σαίνω II 429, 34. **adumbro**] describit *pro* discrepat *H.* **Aeneadae**] *v.* Eneades. **aenigma**] *v.* inaegnea. **aera**] *cf. Isid.* VI 15, 4. 5. **aeriae uirgae**] *scr.* **uerua** uirgae f. *H. V.* ueru. **affabilis**] *v.* effabilis. **affector**] offector *priore loco H.* **affrutabulum**] *scr.* afr. **aggaudeo** *suppl. H.* II 423, 40. **agitata**] *de* mensura *cf. Vulg. Luc.* 6, 38 coagitata mensura. **agnina**] *pro* ἀρνεία *scr.* ἄρνια. **Agrantos**] *scr.* Agrianios. *v.* menses. **allido**] **adlectat** adlicit *nunc H.* *Adde* **Almacinum** *v.* Dalmatinum. **almus ager**] *del.* (*v.* aruum). *Adde* **alucus** *v.* ales, ulucus. **Amaryllis**] *v.* Maryllis. **ambactus**] *scr.* δοῦλος, μισθωτός. **ambiguus** hoc amb. et haec amb. *adde* V 300, 61. **ambuuia**] *cf. Georges* ambubaia. 'Wegewarte' *confert Buech.* *Adde* **amenticus** *v.* dementicus. **amfragosus**] περιοδεύσιμος τόπος II 403, 33. **amicio**] περιβάλλομαι *est* **amicior.** **amplexabilis**] *scr.* 'Ἀβρότονον: *nam nomen est.* **animulus**] *v.* papilio (V 318, 33) **anteschola nus**] *Cf.* III 277, 32. **antlia**] *cf.* sentina. **aphrodin**] *recte, cf. Isid.* VIII 11, 76. **apogeum**] *cf. Isid.* XV 3, 12. **aqua**] *v.* ex aqua. **aquagium**] *scr. V.* aquarium. **aqualis**] *adde* ὑδρωψ II 462, 24. **ara**] *v.* hasenam. **arcumterebra**] δρυξ *H.* **arcus**] *post* **arcus caeli** *adde* ἶρις. **argenti bigati**] *Liv.* XXXIII 23, 7. **arra**] *v.* masculinus. **as**] chus congius *H.* **asper** et **aspritudo**] *dicendum erat et respiciendum* ἄσπρος *Neograecorum* = albus *esse*; *cf.* candor. **asser**] *cf. Isid.* XIX 19,7. **atrium**] *scr.* πύλη. *v.* bastarium. **Attali**] *cf. Isid.* XIX 26,8. **attenso**] οὐδέτερον neutrum *H.* **audio**] odit ut sorex saurex *H. coll. Isid.* XII 3, 2. **auruncul us**] *v.* arunculeus. **auspicium**] *cf. Serv. in Aen.* VII 257. **azyma**] ἄλευσον = zema *H.* **Bachium**] *cf. Liv.* XXXVII 21, 7. **baium**] *dele* prasum *ante H.* **barbiton**] *de* barbita *cf. Isid.* III 21, 3. **baro**] *adde* baro fortis in laboribus *gloss. arabicol.* **batutus**] ἀνανδῆ (*et* battulum) *H.* **bellum intestinum**] *adde* πόλεμος ἐμφύλιος II 411, 58. **bene uertat**] *Liv.* XXXIV 34, 2. **bestiarius**] θηρευτής *pro* θηριοτης *H.* *Adde* **biduuium** *v.* uid. **bigener**] *v. Isid.* XVIII 4, 4. **bilis**] *V.* sine bile. **bilustrum**] *scr.* decim annis. **bissum**] *v.* dissum. **bonorum cedo**] ἐξίσταμαι II 303, 41 (*v.* cedo). **bradigabo**] **bradigabo** feldhoppo '*Iourn. of Phil.*' X 96; *cf. AHD. GL.* IV 245^{b} 45 (*Kluge*). **bucinum**] *v.* bigener. **bulbus**] *v.* uulbos. **Burrae Vatr.**] *scr.* Burra **caduceator**] *Liv.* XXXII 32, 5. **caedo**] *v.* pugnis caedo. **caelatum**] *adde* caelatus τετορνευμένος II 453, 54. **calamus**] *cf. Vulg. Ex.* 25, 33; calamiscus. **caldarius**] *cf.* aenulum. **calumnia**] *cf. Isid.* V 26, 8. **calx**] *v.* carcer. **canier**] ganeus *H.* **caniles**] τηγανίτης *H.* **Canopus**] *v.* excetra.

cantherius] *cf. Isid.* XIX 19, 15. **cardus**] *de* cardum *adde GR. L.* I 75, 1 *sq.* **carticula**] *GR. L.* II 213, 4 *confert H. Adde* **catagoga** *v.* ocimum *et* **cataegis** *v.* totegis. **cataphractus**] *Liv.* XXXVII 40, 11? **caupulus**] *adde* (*v.* capulum) *post* locellum. **Celaena**] *Liv.* XXXVIII 13, 5. **cerbarii**] *cf.* V 481, 30 (satellites) **cereacas**] cloacas secessus *H.* **cetratos**] *cf. Liv.* XXXI 36, 1; XXXIII 4, 4. **cerulcosus**] *αὐχενίας* **ceruiciosus** *cod., fortasse recte.* **Chimaera**] *cf. Isid.* I 39, 4. **cinctor**] *ζωστης cod., recte.* **cingillum**] *cf.* redimiculum. **cistophori**] *cf. Liv.* XXXVII 46, 3. **citatus in lingua**] *Vulg. Eccl.* 4, 34. *Adde* **clausa** cl[a]usa, negata *Plac.* V 55, 19. **clipeus**] *v.* calbae, pluteus. **co**] *v.* quo. *Adde* **colligatio** *σύνδεσμος* II 444, 41; III 442, 46. *Adde* **collis iugum** *v.* iugum. **colobistae**] *cf. GR. L. suppl. p.* 95, 10. **colurnum**] *λεπτοκάρυον est* **colurna.** **comitium facio**] *v.* conuicior. **compaginatus**] *adde* compagitus *ἁρμολόγησις* II 245, 16. **concauae**] *v.* poples. **concitorem**] *Liv.* XXXVII 45, 17. **congrego**] *adde* **congregat** *συναθροίζει, συμφορεῖ* II 109, 21. **congregatus**] **consartum** consutum *Hildebrand.* **congruenter parentibus**] *cf. GR. L.* I 314, 11 (congruus patribus). **considunt**] **considere** conruere *H. coll. Verg. Aen.* II 624. **Copsa**] *cf. GR. L.* II 77, 13. **Corax**] *cf. Liv.* XXXVI 30, 4. **coria**] *interpretamentum merum est: v.* portarum indumenta (*itaque scr.* portae indutae). **Coronides**] *cf. GR. L.* II 63, 18. **cylleus**] culleus *latet: explicandus error ex GR. L.* I 553, 34 (culleus *ὁ ταύρειος*, caenum *βόρβορος* (*H.*). **Cydnus**] *cf. GR. L.* II 42, 18 Cydnus, Ariadne (*H.*). **cultellus**] *post* **cultellum** *adde μαχαίριον.* **cumba**] *verba* a curando *ad glossam sequentem* (curator) *refert H.* **cupidus**] *adde φιλάργυρος* II 471, 26. *Addenda et Corrigenda II ad calcem sexti voluminis ponentur.*

A.

A *ἀπό, ἀπὸ τοῦ, ὑπὲρ τοῦ, ὑπὲρ τῆς* II 3, 1. **ab** *ἀπό, παρὰ καὶ ὑπό* II 3, 2; 554, 21. *παρά* II 394, 5. **ab abs** *ἀπό* II 533, 29. **abs** *ἀπό, χωρίς* II 4, 48. **a ab abs dis** *ἀπό* II 235, 40.

A a uox dolentis est, id est uae uae V 435, 1. *Cf. Loewe GL. N.* 140, *GR. L.* I *p.* 238, 21.

Ab apud Hebraeos dicitur quem nos Augustum mensem uocamus. Syrorum lingua Augustus mensis nominatur *lib. gloss.*

Ab absens IV 404, 1.

Ab absente *v.* absens.

Abacon *v.* abacus.

Abactor fur, minator (abauctor *cod. Ampl.*) II 563, 47 (*cf. Loewe Prodr.* 163; *praef. GL. N.* VII). est fur iumentorum et pecorum quem uulgo abigeium (abi ielum *codd.*) uocant *lib. gloss.* (= *Isid.* X 14). caballi (cabelli *cod.*) fur uel ceterarum (!) animalium V 259, 42. *V.* abigeator, abigo. *Cf. Serv. ad Verg. Georg.* III 408.

Abactus ab actu remotus (= *Isid.* X 20) IV 3, 3; 201, 4; 301, 2; V 259, 21; 343, 21. **abacta** inuolata IV 201, 3; 471, 4; V 259, 14; 339, 47; 343, 38; 625, 1. *Cf. Roensch It. u. Vulg. p.* 372, *Coll. phil. p.* 75.

Abacus *ἄβαξ* II 215, 2 (abagus); III 321, 71. **abaci,** delfica, *μηνιστέριον* (abacus, delphica, *μινιστέριον Vulc.*), *ὡς Ἰουβενάλιος* II 3, 19 (*ubi* abacus *etiam cg.: cf. Iuvenal.* III 203; *ed. Friedl. p.* 106). mensa in qua calices ponuntur (= *Iuvenal.*) V 652, 2. **abacon** signum geometricum V 652, 1. **ab⟨a⟩cus** et **abax** est pars capitelli uel tabula lusoria uel mensa marmorea, in qua antiqui mittebant (*cf. mettre*) calices V 615, 45 (*cf. GR. L.* II 322, 13). **abacus** id est mensa pingentis, stilus (?), tabula uel uirga geometricalis *cod. Harlei.* 3376 (*v. Arch.* I 150: *cf.* **abaco** pinna uel grafium *m. 3 codicis Vatic.* 1468: *quomodo stilum significet nescio: schol. Pers.* I 131 *confert Buecheler*). *Cf. Arch.* I 563.

Abaddir *βαιτύλος* III 8, 52; 83, 6; 289, 53. lapis V 589, 4; 632, 1. est lapis quem deuorauit Saturnus pro Ioue filio suo V 615, 37. **abderites** id est Saturnus *gloss. Salom.* (*cf. Arch.* I 564). *V.* baetulus. *Cf. GR. L.* II 318, 25.

Ab aenis aereis, aeneis V 435, 5.

Abago *v.* abigo.

Abalienata *ἀλλοτριωθέντα* II 3, 21; 554, 29.

Abalieno *ἀπαλλοτριῶ* II 3, 3; 232, 49; 554, 22. *ἐκποιῶ* II 292, 19. **abalienat** *ἀπαλλοτριοῖ, ἀποπλανᾷ* II 3, 4; 554, 23.

Ab aliis *ὑφ' ἑτέρων* II 3, 5.

Ab aliqua *ἀπὸ ἄλλης τινός* II 235, 42. *ἀπό τινος θηλυκῶς* II 241, 34.

Ab aliquibus *ἀπὸ ἄλλων τινῶν* II 235, 41. *ἀπὸ ἑτέρων τινῶν* II 236, 45. *ἀπό τινων* II 241, 35.

Ab aliquo *ἀπό τινος* II 241, 32. *ἀπό τινος ἄλλου* II 241, 33.

Ab alpha littera *ἀπὸ ἄλφα γράμματος* III 398, 3.

Ab alto caelo *Plac.* V 43, 2 (*Verg. Georg.* I 443; *Aen.* I 297).

Ab alto deicit praecipitat (deiecit *cod. Leid.*). IV 301, 3.

Ab aluearibus a praesepibus V 435, 2.

Abambulo *κατ' ἰδίαν περιπατῶ* II 3, 6. *διακινῶ* II 271, 46. *Cf. Fest. Pauli* 26, 10.

Abamita soror aui IV 301, 5.

Abante nocte uespera incidente V 435, 3. *Cf. Woelfflin Arch.* I 438, *Hamp ibid.* V 337. *V.* ante me fugit.

Abantes mortui ⟨quos Graeci elibantes (*h. e. ἀλίβαντες*) appellant *add. ab*⟩ IV 201, 5. mortui quos Graeci alibantes appellant V 435, 4. *V. Hesych. ἄβαντες — νεκροί.* absentes *Loewe GL. N.* 213. *Cf.* abzet.

Abarcet prohibet V 260, 8; 625, 2. prohibet, uitat (uetat?) V 435, 6. *Cf. Festus Pauli* 15, 13; 25, 16.

Abarguo *ἀπελέγχω* II 234, 22.

Abartenum inhonestum IV 404, 12; V 591, 22: *ubi* aparthenum *iam Exc. Pithoei.*

Abaso infirma domus IV 3, 7; 201, 6; 471, 8; V 259, 24; 343, 22; 583, 3 (abb.). infima domus V 343, 11. infama domus IV 301, 6 *et Scaliger* V 591, 21. infirma domus quasi sine base *Scal.* V 591, 32. est infirmando in qua si sine base (*h. e.* infirma domus quasi s. b.). V 615, 33 (*unde pendet Breviloquus teste Ducangio:* domus infirma uel infirmi, et dicitur ab a, quod est sine, et basis, id est fundamentum). *Cf. Gloss. Aelfrici* 185, 21 (*Wright-Wülcker*) **abaso** infirmatorium, seoccra manna hus; *Abbo Sancti Germ. de bellis Paris. urb.* III *p.* 803, 55 *ed. Pertz*; *Goetz Arch.* II 346 *et* 'Ber. der K. Sächs. Ges. d. W.' 1896 *p.* 72. *Videtur igitur* abaso '*infirmatorium*' *significare. Glossam Hesychii* Ἀβὰς εὐήθης καὶ ἱερὰ νόσος παρὰ Ταραντίνοις *confert Diels.*

Ab astratura ἀπὸ τῆς ἀναβολικῆς II 3, 7; 554, 24. ab (a) stratura *Heraldus Advers.* I 1, *Scaliger.* adstratura *alii teste De-Vit.*

Ab Ausonio (ab axonio *cod.*) Vlyxis et Calypsus (Calypsis *cod.*) filio IV 4, 24 (*cf. Serv. in Aen.* III 171, *Festus Pauli* p. 18, 1).

Abauia προ[σ]γόνη, μάμμη II 3, 8. προμάμμη II 533, 31.

Abauia quinta προμάμμη II 3, 9.

Abaunculus frater auiae *Vatic.* 1471.

Abauus προπάππου πατήρ II 3, 10. ἀπόπαππος II 533, 30. pater proaui, id est auus aui IV 301, 1. aui auus IV 472, 47; V 343, 18. tertius pater II 563, 41. tritaui pater IV 201, 2. pater aui IV 3, 14. **abaus** auus II 564, 4 (*ubi* abaus *ex* abaus *repetit Loewe GL. N.* 4).

Abba syrum, graece πατήρ, latine genitor, in uocatiuo (uocatib; *cod.*) amittit s sicut Pallas et cetera nomina graeca in as exeuntia *a ante* IV 3, 1. pater IV 201, 1. pater, syrum (syrus *cod.*) est V 259, 4 (*cf. Roensch Mus. Rhen.* XXXI 456). syrum pater, genitor V 412, 25 (*reg. Bened.* 2, 7). *Cf. Isid.* VII 13, 5. *Huc refero* **abba** πίττα (*ubi* τέττα *cdg:* πιττάκιον *b album praetoris dici sumens. cf. Lamprid. Alex. Sev.* 21, 8) II 3, 26.

Abdecet non decet V 343, 30; 435, 10.

Abdens[is] abscondens V 341, 38.

Abdicans contra dicans (*de Cassiano*) V 417, 60.

Abdicatio ἀποκήρυξις II 237, 35. **abdicatione** excisione IV 482, 19.

Abdicatus refutatus IV 482, 18. **abdicatum** exclusum uel foedatum IV 5, 23.

Abdĭco ἀποκηρύσσω II 237, 34. **abdicat** ἀποκηρύσσει II 3, 13; 554, 27. alienat uel respuit IV 3, 2. a se alienat IV 202, 4. a se alienat uel respuit IV 482, 20. repudiat, expellit aut alienat IV 4, 20. repulit (*scr.* repellit), expellit, alienat IV 301, 7. abominat, denegat, repudiat IV 482, 17. derogat, detrahit IV 301, 8. abiecit, repellit V 259, 5. exheredat V 343, 28. filium pellit de suo iure, exhereditat IV 404, 2. repudiat, alienat, expellit seu filium a suo exheredat iure V 435, 12. **abdicant** repudiant IV 4, 16. **abdicare** alienare uel exulem fieri IV 482, 16. abicere (*Cassian. inst.* VII 30; *passim*) V 424, 56. **abdicauit** ἀπεκήρυξεν II 3 12; 554, 26. bisceridae (*AS.*) V 341, 1. **abdicasset** ἀποκηρύξει(!) II 3, 11; 554, 25.

Abdīco ἀπαγορεύω II 232, 28. **abdixi** destiti (distiti *ade*) IV 301, 11. **abdixit** ἀπεῖπεν, ἀπηρνήσατο II 3, 17. ἀπεῖπεν II 554, 28. negauit V 343, 29 (abduxit). abnegauit, abnuit IV 482, 21; V 625, 3. abnuit, negauit V 435, 13. auertit *lib. gloss.* amouit IV 201, 41 (abduxit *ab, recte?*).

Abditae pecuniae id est repositae V 435, 11.

Abditus ἀπόκρυφος II 238, 9. **abditum** ἀπόκρυφον II 238, 8. ἀποκεκρυμμένον II 237, 33. absconditum IV 4, 18; 478, 29; V 435, 9 (absconditum *in lemm. cod. Cas.*). absconsum, occultum IV 301, 12. *V.* ablatum.

Abdo ἀποκρύπτω II 3, 15; 238, 6. **abdit** abscondit IV 15, 34 (alidit); 301, 10. **abde** κρύψον II 6, 8. **abdidit** ἀπέκρυψεν, ἀπέκλεισεν II 3, 14. recepit IV 4, 36. occultauit IV 202, 6. occultauit, abscondit IV 301, 9. abscondit uel texit IV 4, 10; 38 (abdicit). abstulit, clausit, abscondidit, texuit(!) IV 478, 28.

Abdomen λαπάρα, ὑπογάστριον, ὑποκοίλιον II 3, 16. λαπάρα III 248, 37. ὑπογάστριον III 14, 40; 314, 41. graece ⟨λαπάρα⟩, pinguedo carnium (graece *om. R*) *Plac.* V 5, 7 = V 43, 3. pinguedo carnis III 487, 4; 506, 5; V 615, 38. ueretrum V 632, 2. **abdumen** λαπάρα II 358, 45; 506, 22; 528, 46; 529, 6; 546, 47. ὑπογάστριον II 9, 42; III 87, 31; 255, 20. ὑπογάστριον, λίπος III 183, 64. ilium II 564, 7. **abdumine** id est pinguedine V 652, 3 (= *Iuvenal.* II 86).

Abdomini natus gulae deditus V 660, 4 + 662, 15 (*cf. Ind. Ien.* 1888 *p.* VII).

Abdormio ἀφυπνῶ II 254, 9. **abdormit** ἀποκοιμᾶται III 399, 32. **abdormiui** ἀπεκοιμήθην III 399, 29. **abdormisti**

ἀπεκοιμήθης III 399, 30. **abdormiuimus** *ἀπεκοιμήθημεν* III 399, 31.

Abduco *ἀπάγω* II 9, 38; 232, 30; III 127, 12. **abducis** *ἀπάγεις* III 127, 13; 129, 1. **abducit** *ἀπάγει* II 3, 23; 9, 39; 554, 30. abscondit IV 484, 25. asportat V 259, 19. abstrahit uel asportat IV 4, 2. subtrahit, aufert, asportat IV 301, 13. **abducat** (?) *ἀπάγῃ* III 127, 14. **abduc** *ἄπαγε* II 9 37; III 127, 11. **abducere** separare IV 5, 14. **abduxi** *ἀπήγαγον* II 9, 40; III 129, 2. **abduxisti** *ἀπήγαγες* II 9, 41. **abduxistis** (!) *ἀπήγαγες* III 129, 3.

Abductio *ἀπαγωγή* II 232, 32.

Abductus ab isto loco ductus IV 5, 22.

Abegato (?) uenenato V 341, 42.

Abellata *v.* abigeata.

Abellanus *v.* auellanus.

Abellus *v.* auillus.

Abemit ab eam accepit *ἔλαβεν* II 3, 29 (*ubi* ab eo *e: sed videtur aliud latere*). *Cf. Festus Pauli* 4, 18.

Abencat *v.* auerrunco.

Abennezer (abenneger *cod.*) lapis adiutorii IV 5, 17. *Cf. Augustin. de Civ. Dei* XVII 17, *Onom. sacr.* 96, 20.

Abeo *ἄπειμι ὅ ἐστιν ἀπέρχομαι* II 234, 6. *ἀπέρχομαι* II 234, 46. **abis** *ὑπάγεις, ἀπὸ τούτων* (*contam. cf.* ab his) II 3, 36. recedis IV 4, 41; 481, 28. **abit** *ἀπέρχεται* II 3, 37; 554, 34. discedit IV 201, 8; 404, 4; 481, 26; V 259, 25. **abeunt** uadunt uel ueniunt IV 4, 39. **abeas** discedas IV 4, 33. **abi** *ἄπιθι* II 3, 42; 554, 35. **abitote** ite, abite IV 404, 6; V 543, 8; IV 202, 20 (abstote). **abiret** transigeretur V 529, 8 (*Ter. Andr.* 175). **abit** *ἐπορεύθη* II 313, 26. **abiit** ambulauit, discessit IV 301, 26. discessit IV 201, 12; 404, 5; 481, 27. **abiit** discedit uel discessit (*contam.*) IV 3, 8. **abiero** *ἀπελεύσομαι* II 234, 28. **abisse** discessisse IV 427, 18 (= *Verg. Aen.* II 25).

Aberro *ἀποπλανῶ* II 3, 30. *ἀποπλανῶμαι* II 239, 49.

Aberuncat *v.* auerrunco.

Abes *βληχρός* III 129, 20 (*an* ebes *i. e.* hebes?).

Abetuarium *v.* auctuarium.

Ab euro<o> fluctu ab ea parte, unde eurus fluctus facit V 161, 1. (*Verg. Aen.* III 533).

Ab extis intestina hostiarum aspiciens V 435, 17. intestina hostiarum IV 301, 17.

Abgrego *ἀποχωρίζω* II 242, 46. *ἀπαγελάζω, διαχωρίζω* II 3, 27; 554, 31. *διαζευγνύω* II 271, 4. segrego IV 475, 30; V 260, 9; 435, 14; 591, 23. separo, segrego IV 202, 7. *Cf. Festus Pauli* 23, 7.

Ab his ab ipsis IV 301, 18. *V.* abeo.

Abhorrens *ἀπᾴδων* II 232, 34. *ἀσύμφωνος* II 249, 3. discrepans V 260, 7. *V.* abhorris.

Abhorreo *διαφωνῶ* II 275, 49. *ἀποφρίσσω* II 242, 32. **abhorret** *ἀπᾴδει* II 232, 33. *ἀποφρίττει, ἀπῳδόν ἐστι* II 3, 31; 554, 33. discrepat IV 3, 26; 482, 47. longe est V 259, 48. dissonat, discrepat IV 201, 33. **abhorrere** aduersum esse IV 5, 15. **abhorruit** obtorpuit IV 302, 3.

Abhorrescens discrepans *gl. Abavus mai.* (*Arch.* IV 286).

Abhorresco *ἀποστρέφομαι* II 241, 7.

Ab<h>orris scandalosus V 161, 11; 591, 48 (*an* abhorrens?).

Abhortor *ἀποτρέπομαι* II 242, 2.

Ab humili *ἀπὸ εὐτελοῦς* II 5, 38.

Abhumus *ἀπὸ τοῦ χαμαί, ἄκαιρος* II 5, 50 (*ακερος*); 555, 4 (*εκερος*) (*an* ab humo? *ἀκαίρως*?).

Abicimusne ergone abicimus V 260, 13; 625, 5.

Abicio *ἀποβάλλω* II 236, 47 *ἀπορίπτω* II 240, 18. *παραρίπτω* II 396, 13. *ἀποτρέπω* (abito: *corr. a; an* abigo?) II 242, 3. **abicit** proicit IV 5, 3. proicit, expellit IV 301, 23 (*v.* abigo). **abiciunt** *ἀπορίπτουσιν* II 3, 39. *V.* carcire, abigo.

Abicitale *v.* elementarius.

Abiectio *ἀποβολή* II 4, 6. *ἐξέλασις* II 302, 50. *ἐξουδένησις* II 304, 25. disperatio(?) IV 475, 21; V 543, 1; 625, 4. proiectio, desperatio(?) V 435, 19.

Abiectus *ἀπερριμμένος* II 234, 43. *ἀπόβλητος* II 235, 52. iactatus IV 5, 20. humilis IV 301, 22. **abiecta** *λιτά* III 272, 47 (*unde*?).

Abiens recedens, excedens IV 481, 25. discedens V 580, 14 (= *Ter. Andr.* 368). **abeuntibus** discedentibus IV 5, 1; 427, 16 (= *Verg. Aen.* I 196). a se discedentibus IV 474, 41.

Abies *ἐλάτη* II 3, 35; III 26, 34; 191, 60; 358, 63; 428, 43 + 44 (*cf.* robur). *ἐλάτη τὸ δένδρον* II 294, 14. **auus** (= abies) sappinus V 442, 21; 562, 19 (sappenus). **abies** genus palmae fructiferae II 564, 3. saeppae (*AS.*) V 340, 5. **abietis** (abietes) *ἐλάτης* III 300, 66; 517, 47. **abietem** genus ligni IV 4, 15; 479, 34. **abietes** *κέδροι* III 428, 65. *V.* cedrus.

Abigeata inuolata V 339, 43 (inuiolata); 343, 35; 625, 7. *Huc pertinet* **abeliata** inuiolata V 259, 6.

Abig<e>ator abactor *ἀπελάτης* II 3, 38. *Cf. v. Hartel Arch.* III 12. *V.* plagiarius.

Abigeus *ἀπελάτης* II 3, 33; III 127, 64 (abigens); 179, 38; 251, 63. abactor, qui seducit seruum alienum uel pecus

IV 301, 25. **abigeius** *ἀπελάτης* II 234, 20. **abigeus** (*vel* abigeius) latro *Plac.* V 43, 4 = II 563, 42. **abigeius** qui tollit rem aliena⟨m⟩ IV 201, 14. qui abducit, qui tollit aliena IV 478, 38. qui seducit seruum aut pecus alienum IV 3, 15; 478, 31. qui seruum seducit uel qui tollit aut pecus alienum V 259, 31. qui abigit, qui tollit aliena V 632, 3. qui tollit seruum aut pecus alienum V 343, 28. auarus V 492, 15. **abigei** ipsum quod supra [templum] V 259, 43. *Cf. Arch.* I 562. abigeius *recentior forma est. V.* abactor.

Abigo *ἀπελαύνω* II 3, 33 (abigio); III 127, 61. *ἀπελαύνω* **abago abigo** II 234, 21. *ἀποπράττω* **abago** II 240, 6. **abigo** *ἀποσοβῶ* II 240, 42; 434, 54. **abigis** *ἀπελαύνεις* III 127, 62. **abigit** *ἀπελαύνει* III 127, 63. *ἀπελαύνει, ἐκτιτρώσκει* II 3, 34. minat, expellit IV 478, 35; 4, 4 (abicit). proicit, minat IV 201, 13 (*v.* abicio). minat uel ab illa re agit uel expellit V 259, 30. **abigunt** a se expellunt IV 477, 39. **abige** *ἄπαγε* II 3, 48; 554, 36. expelle IV 478, 37; 4, 7 (abice). appelle (= asp.) IV 479, 13. amoue uel a te expelle, abiuga IV 301, 24. **abigito** *ἀπέλαυνε, ἀποσόβησον* II 3, 40. **abigit** (*h. e.* abegit) expulit, abstulit, abduxit IV 478, 36. *Huc pertinent* **ambagit** repellit V 491, 9 *et* **abingere** expelre V 161, 2. **abactus est** de medio sublatus est (est *om. G*) et raptus, unde latrones abactores dicuntur *Plac.* V 3, 7 = V 43, 1 (abcisus). *V.* abicio, *a quo interdum aegre discernitur.*

Abimelech patris mei regnum V 339, 3. *Cf. Roensch Mus. Rhen.* XXXI 456; *Isid.* VII 6, 55.

Ab imo deiusum (*vel* deiosum; *h.* e. deosum) IV 3, 16. deiorum IV 479, 32. de ioco IV 301, 27. detiosu uel funditus V 259, 32.

Ab incursu ab inpugnatione IV 201, 21.

Ab ineunte aetate V 660, 32. *ἀπὸ τῆς παρελθούσης ἡλικίας* II 241, 24. ab ipsis rudimentis infantiae IV 3, 23; 471, 36. ab infantia IV 404, 3.

Ab ineunte aeuo a primitate (*h. e.* a prima aetate) V 435, 16.

Abingruentes abinmittentes(?) IV 201, 22; V 625, 6. abinminentes V 543, 2. *Cf.* ingruentes.

Ab initio *ἀπ' ἀρχῆς* III 72, 1; 337, 9; 398, 2; 438, 1. *ἀπὸ καταβολῆς* II 4, 2; 554, 38. a principio IV 301, 28.

Abintellegentes *ἀπονενοημένοι* III 45, 35.

Abiona amor III 506, 7 (*Hieronymi*).

Abi prae praecede V 530, 41 (= *Ter. Ad.* 167); 531, 14 (= *Ter. Eun.* 499).

Abiragat rugit V 490, 2 (*corrupta: an* asinus ragit? *v.* rugio; *cf. Isid. Diff.* 607).

Abire coeptabat ire incipiebat *abc* IV 5, 6 (*ubi Vatic.* acceptabat). **abreceptabat** ire incipiebat V 161, 12. **abreptabat** ire incipiebat IV 476, 43. abreptabat *tutatur Loewe GL. N.* 82, 139 (*et* abire): *cf. Suet. Oth.* 11: coeptant discedere et abire).

Abiteres (*ita Klotz.* abstiteres *R.* abstiteris *G*) abires. bitere (abire sibitere *G*) enim ambulare significat *Plac.* V 6, 28 = V 43, 13. asbiteres *Loewe GL. N.* 133, 200. abaeteres *Nettleship. 'Journ. of Phil.'* XVII 119 (abstiteres = abititeres).

Abitio *ἀπέλευσις* II 234, 27. **abitione** discessione IV 4, 45; 481, 29.

Abitus *ἀπαλλαγή* II 232, 42; 487, 8. *ἀπουσία* II 242, 20. *ἀπόστασις* II 240, 50.

Abiudico *ἀποδικάζω* II 236, 34. *ἀποκρίνω* II 238, 3. **abiudicas** negas V 260, 1. **abiudices** negas (?) V 343, 32; 543, 4.

Abiuga a iugo semota uel dissociata IV 201, 18.

Abiugassere (*ita Kettner.* abingassi *G.* abiugare *R*) abiungere (adiungere *R*), abducere (asducere *G.* adducere *R*) *Plac.* V 7, 5 = V 43, 5. **abiugassere** *ἀποζεῦξαι* II 3, 41. disiungere IV 201, 16. abnegare (abiugare?), dissoluere V 437, 4 (adiug. *cod.*). dissoluere V 435, 21 (abiurgastere *cod.*).

Abiugo diuido V 652, 5 (= *Non.* 73, 22). **abiugat** *ἀπολύει* II 3, 45; 554, 37 (abnugat *codd. utroque loco*). separat V 638, 2 (= *Non.* 73, 22). a iugo soluit V 490, 3. dissociat, a iugo remouet, non conuenit V 436, 6 (abuiua *cod.*). dissoluit IV 4, 25 (abiurat *cod.*). **abiugasse** abige (a iugo *Hildebrand p.* 2) alienasse IV 301, 31.

Ab iugulis *ἀπὸ κατακλείδων* II 4, 4; 554, 39.

Abiugus *θοσιαι ζωγεαι* II 4, 1 (*ubi θυσίαι ἄζυγες d, θοός, ἀζύγιος h*). abiuges? abiugi? abiuges *θυσίαι ἀζυγεῖς Vulc. ζωγρεῖα confert Buecheler. V.* abiuga.

Abiungit seiungit IV 201, 20. **abiungere** dissociare IV 201, 17.

Abiuratae fraude subreptae V 435, 22 (*cf. Serv. in Aen.* VIII 263). **abiuratae** (*vel* abiure) furatae V 161, 4; IV 4, 12; 5, 7; 479, 33.

Abiuro *ἐπιορκῶ* II 310, 8. abnego V 652, 6. **abiurat et periurat** *ἐπιορκεῖ, ἀπόμνυται* II 4, 5. **abiurat** negat IV

201, 23; 301, 32 (abiurgat *codd.*); V 262, 15. reprobat IV 485, 17. reprobat aut negat uel plorat (periurat *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 113) IV 3, 22. **abiurant** abnuunt, negant V 259, 49. **abiur[g]are** negare IV 5, 10. **abiurare** est rem creditam negare periurio V 161, 3 (= *Serv. in Aen.* VIII 263). **abiurari** ab iure ecclesiae abicere (*Euseb. eccl. hist.* VII 26) V 421, 3; 429, 50. **abiurasse** intercepisse periurio IV 4, 30; V 547, 13.

Ablacta id est quod purgaturia similat III 616, 11. id est purgaturia similat III 607, 8. id est purgaturia simulae(!) III 586, 10.

Ablacto est a lacte separo V 620, 51 (*cf. Isid.* X 11).

Ablaqueata *διορυχθέντα* II 4, 3.

Ab latere longe IV 471, 5; V 259, 15; 343, 39; 625, 8.

Ablatio *ἀφαίρεσις* II 252, 17. V. apocope, aphaeresis.

Ablatiuus *ἀφαιρετικός* III 382, 60. *ἀποκομιστικός* III 376, 22. *ἀφαιρετική* II 252, 19.

Ablatum absconsum IV 202, 5 (abditum *c, recte, ut vid.*). **ablata** binoman (*AS.*, binumini *cod. Ep.* = ablatâ) V 341, 37. **ablata** *ἀφαιρεθέντα* II 4, 8.

Ablaua minor *v.* chamaemela.

Ablauo *ἀπονίπτω* II 239, 25.

Ablegatio *ἀποπομπή* II 240, 4. legatio II 563, 44.

Ablegatus condemnatus IV 4, 47.

Ablegmina partes extorum quae prosegmina dicuntur *Scal.* V 589, 28. *Cf. Festus Pauli* 21, 7.

Ablego *ἀποπέμπομαι* II 239, 42 (ablebo *cod.*). *ἀποποιοῦμαι* II 240, 3. **ablegat** *ἀποπέμπει, ἀποποιεῖ* II 4, 9. *ἀποποιεῖ* II 554, 40. abrogat IV 301, 33. **ablegare** id est a suo loco commendare V 265, 15. a loco ali<e>nare, unde et legati et legatio dicta V 649, 2 (= *Non.* 32, 1). **ablegatur** condemnatur IV 202, 9.

Ablicit (ablicet *codd.*) abdicet (abducit?), abstrahit, subducit V 490, 5; 435, 23 (*om.* subducit): *contam.?*

Abligur<r>igine uoracitate V 161, 6 (*Loewe GL. N.* 163).

Abligurrio *κατεσθίω* II 345, 44. **abligurrit** degustat V 161, 5 (ableg. *codd.*); IV 476, 37 (adl.); IV 14, 19; V 165, 20 (alleg.); 342, 56 (all.). **abligur<r>ire** plurima consumere (*cf. Schlee Schol. Ter.* 46), id <est> suspensis digitis leuiter cibum tangere (non plurima *Warren 'on lat. Gloss.' 190: non recte*) IV 201, 42. **abligur<r>ire** (-ri *codd.*) gluttire, sorbere uel deuorare V 161, 7.

abligurrierat deuorauerat V 531, 10 (*Ter. Eun. 235*). *V.* ligurrio.

Ab limite *ὀροθέσιον*, id est terminus V 435, 24; 559, 13 (termini). *Glossa contracta.*

Ablumentum *κάθαρσις* II 528, 45.

Ablunda *V.* apluda.

Abluo *ἀπολούω* II 4, 12; 238, 45. *ἀποκλύζω* II 237, 43. *ἀπονίπτω* II 239, 25. *ἀποπλύνω* II 239, 59. **abluit** *ἀπονίπτεται, ἀπόκλύζει καὶ ἀπέκλυσεν* II 4, 11. emundat IV 202, 8; 486, 10. mundat uel lauat IV 3, 25. expiat, purgat, mundat IV 301, 35. lauit, detersit uel lauat IV 301, 34. **abluero** lauero IV 427, 19 (= *Verg. Aen.* II 720).

Abluta diligenter lota IV 201, 38; 404, 8. **abluti** mundati V 547, 3.

Ablutione emundatione V 161, 8.

Abluuione inundatione sordium IV 4, 29; V 161, 9 (*de* adluuione *vix est cur cogitemus*).

Abmatertera (aba mat. *codd.*) soror auiae IV 301, 4; *cf. Isid.* IX 6, 27.

Abnatare *ἐκκολυμβῆσαι* II 4, 13.

Abnegatio *ἀπάρνησις* II 233, 25. *ἀποστέρησις* II 240, 55.

Abnegator *ἀπαρνητής* II 233, 26. *ἀποστερητής* II 240, 56. negator II 563, 49.

Abnegito abnego saepius (abnegotio *codd.*) V 435, 28. saepius abnego V 559, 2 (abnegatio *cod.*).

Abnego *ἀπαρνοῦμαι* II 4, 15; 233, 27. *ἀποστερῶ* II 240, 54. **abnegat** plus quam negat IV 201, 43. infitiatur, plus quam negat IV 301, 36; V 435, 27.

Abnepos *ἀπέγγονος* II 533, 33; III 254, 17. filius nepotis IV 3, 13. **abnepus** *ἀπέγγονος* II 233, 45. *ἀπόγονος* III 375, 34. filius nepotis IV 301, 37; 474, 33. qui nascitur de pronepote IV 202, 12. filius pronepotis, id est nepus nepotis IV 301, 38. qui natus de pronepote V 342, 53. extra nepus IV 404, 9. extraneus(!) V 435, 26.

Abniso *v.* abnuo.

Abnormis *ἄρυθμος* II 246, 25. innumerabilis II 564, 1.

Abnormitas *ἀρυθμία* II 246, 24. amaritudo II 563, 46 (*contam.* abnormitas enormitas *et* amaritas amaritudo: *cf. Loewe GL. N.* 3).

Abnumero *ἀπαριθμῶ* II 233, 21.

Abnuo *ἀπαρνοῦμαι* II 233, 24. *ἀπονεύω* II 239, 23. **abnuit** *ἀνανεύει, ἀπαρνεῖται* II 4, 10; 554, 41. rennuit IV 202, 10. negat uel recusat IV 3, 19. negat uel consentit (*contam.: cf.* annuo) IV 4, 22; 301, 40. denegat, contradicit, negat, non sentit(!) IV 487, 1. negauit,

infitiatur V 259, 40. **amnuit** contradicit IV 308, 44. **abnuit** abominatus est, contra dicit uel recusat, nollet(?) V 439, 35. **abnuat** recusat(!), nolit IV 427, 20 (= *Verg. Aen.* IV 108). *ἀπείπῃ* (*απειη vel απειν codd.*) II 4, 16; 554, 43. **abnuere** est recusare, abnegare: cui contrarium est adnuere, id est dare uel concedere *Plac.* V 3, 4 = V 43, 7. renuere, recusare, refutare *ac post* IV 301, 38. refutare IV 486, 55. **amnuere** refugere(!) V 345, 24. **abnueram** non receperam IV 4, 42; 487, 2. **amnueram** contra dixeram (*ita a.* contraxeram *cod.* 3321) IV 16, 36. *Cf. Loewe Prodr.* 421. *Huc. refero* abniso nolo, ueto IV 202, 11 (*cf. Warren* 190). *V.* contradico.

Abnurus *ἐκγόνου νυός* (*ita cgh: εκγονονος cod.*) II 4, 17.

Abnutiuum *ἀπωμοτικόν* II 4, 14 (abnutium); 554, 42. *Cf. Paul. Dig.* 45, 1, 83.

Abobsum *ἀποσκοτῶ* II 4, 31. *Huc refero* **abobsiti** (?) *ἀποσκοτηθέντες* II 4, 30. *Cf.* abobsto *sub* obsto.

Ab occidente *ἀπὸ τῆς δύσεως* II 4, 18; 554, 44.

Abolenda delenda V 341, 29.

Aboleo *ἀπαλείφω* II 232, 45. **abolet** tollit IV 201, 25. tollit uel delet IV 3, 18. tollit, de memoria aufert IV 301, 42; V 259, 34. **abolere** obliuisci V 259, 7 (aboliri). obliuisci, neglegere IV 4, 23. de memoria excludere IV 201, 26. tollere, delere, obliuisci V 259, 10. in obliuionem mittere IV 482, 31. e memoria penitus extollere (tollere *bc*), redolere (delere *bc*), extinguere IV 482, 30. penitus tollere, obliuiscere(!) uel neglegere IV 301, 41. abstergere IV 5, 11 (abolire). abducere V 259, 11 (aboleri). neglegenter agere uel obliuisci IV 431, 20 (*Verg. Aen.* I 720); V 343, 25. **abolebat** delebat V 435, 29. **aboletur** deletur (doletur *codd.*) IV 5, 24. diletur, obliuioni datur V 259, 45. extinguitur V 435, 33 (abolitur). extinguitur, obliuioni datur IV 482, 33 (abolitur). **aboleri** a memoria tolli (*cf. decr. Innoc.* 13) V 410, 16. *Pro* **abolit** *ἐπιθυμεῖ* II 6, 2 *videtur* obolet *ἐπ. scribendum esse* (auet *βούλεται, ἐπ. Nettleship Arch.* VI 149; adolet *ἐπιθυμιᾷ Vulc. ἐπιθύει H.*).

Aboleo redoleo *ἀποπνέω* II 239, 60. **abolet** non olet (ab. dolet *a* = delet) uel appetit (*contam. cf.* aboleo) IV 404, 10.

Abolesco *ἀπαλείφω* II 232, 45. **abolescit** *ἀπακμάζει* II 4, 23; 554, 45. de memoria excedit IV 5, 9. e memoria excidit IV 482, 29. in obliuionem uadit. Virgilius: tantique abolescit gratia facti (= *Aen.* VII 232) V 161, 10. **aboleuit** *ἐξελάθετο, λήθῃ παρέδωκεν, ἐξέπνευσεν* (*ἐξεπευσεν cod.*), *ἀπέψησεν* (*ita g: απεηψεν cod. ἀπήλειψεν?*) II 4, 19 (*cf.* aboleo).

Abolita remota uel ⟨in⟩ obliuione⟨m⟩ perducta IV 302, 1. abstersa uel deleta IV 4, 5. sopita V 490, 7; 490, 35; 560, 23. sepulturae reposita V 435, 30; 559, 14 (abluta *et* sepultura). **aboliti** liuiti (libiti *codd.: corr. Buech. coll. GR. L.* VII 206, 3), obliti, obliuioni traditi V 435, 31.

Abolitio *ἀπαλοιφή* II 232, 47. *ἀμνηστία, ἀλήθεια* (*pro λήθη?*), *ἀπαλιφή* II 554, 46. *ἀμνηστία, ἀλήθεια, ἀπαλιφή, ἐκλείανσις* II 4, 24. deletio gestorum (*ita a:* dilectio iustorum 3321) IV 4, 8. res deleta V 490, 8. res semota et in (*om. cod. Sangall.*) obliuionem perducta IV 201, 30; V 435, 32 (remota). deletio, obliuio V 543, 5; 625, 9; IV 482, 32 (abolire *cod. Leid.*).

Abolla *τόγα, ἱμάτιον* II 4, 20. genus uestimenti rustici V 652, 9 (= *Iuvenal.* III 115; IV 76). *μαλλωτή* III 272, 59. **abulla** *ἱμάτια* III 323, 16; 518, 68 (*pro ἱμάτιον?*). *μαλλωτή* III 193, 8. *Cf.* **abolla** genus togae, uestis senatoria, duplex amictus *Pap. Cf. Serv. in Aen.* V 421.

Abomathon (?) balneum est ex ortigo (ordeo *a*) feruente factum III 597, 21 (apo mazon *et* hordeo *Stadler*).

Abominabilis *βδελυκτός* II 256, 45.

Abominabiliter horribiliter V 559, 10.

Abominandus sine nomine, famosus, *ἀνώνυμος* II 231, 33. *δυσοιωνιστός* III 136, 16. *ἀπευκταῖος* II 234, 50. **abominandum** *ἀποτρόπαιον* II 242, 12. *ἀποτρόπαιον, ἀπευκταῖον, απεστον* (*ubi ἀπευκτόν Vulc., Heraldus, ἀπωστόν g*) II 4, 22.

Abominatio *ἀπευχή* II 234, 54. *ἀποτροπιασμός* II 242, 9. *βδέλυγμα* II 4, 33.

Abominatus execratus, detestatus IV 301, 20. abiectus, demissus, anathematus IV 301, 21.

Abominor *ἀπεύχομαι* II 234, 55. *ἀποιωνίζομαι* II 237, 10. *βδελύσσομαι* II 256, 47. **abominat** repudiat IV 201, 28. dispectui habet uel dispicit *lib. gloss.* negat quod suum est IV 3, 17. negat suum quemque IV 301, 19; V 259, 33. **abominabitur** alienabitur, damnabitur *gloss. Abav. mai.* (*Arch.* V 94).

Aboriatur pro abortet V 637, 22 (*Non.* 71, 21).

Ab oriente *ἀπὸ ἀνατολῶν* III 398, 18.

Ab origine *ἀνέκαθεν* II 225, 35. *ἀπὸ ἀρχαιογονίας* II 4, 26; 554, 47. a genere IV 5, 8.

Aborigo *αὐτόχθων* II 252, 6; III 274, 58. inde origo II 563, 45 (*male translatum: cf. Loewe GL. N.* 3. *ex* indigena *repetit Hildebrand p.* 2). **aborigines**

αὐτόχθονες II 4, 25. conuenae originis IV 4, 21 (*cf. Festus Pauli* 19, 1). origines oblitae IV 302, 2.

Ab oris a regionibus, a finibus IV 427, 21 (*Verg. Aen.* I 1). a finibus IV 4, 13; 483, 12. a finibus uel ab initiis IV 201, 29; V 260, 3 (sine initiis).

Aborris *v.* abhorris.

Aborsus ab eo quod est ordior IV 201, 31. ex eo quod est ordior (exordior *cod. Leid.*) IV 302, 4; V 259, 38.

Abortet *v.* aboriatur.

Aborticiosus *ἐκτρωματιαῖος* II 293, 29.

Aborticium *ἐκτρωματιαῖον, ἐκτρωματικόν* II 4, 28. *ἔκτρωμα* **auorticiu,** abortus II 293, 28.

Abortiuit *ἐξέτρωσεν* III 142, 8. *V.* auerto, abortum facio.

Abortiuus *ἔκτρωμα* II 585, 35. **abortiuum** *ἔκτρωσις* II 528, 47 (abortuum *cod.* abortum?). qui sine tempore nascitur et inlegitimus V 490, 6. **abortiuis** subito natis IV 5, 13.

Abortum *ἔκτρωσις* II 502, 30; 298, 30. *ἔκτρωμα* III 562, 15. *ἔκτρωμα καὶ ἔκτρωσις* II 4, 27. *ἔκτρωμα, ἐκβόλιον* II 6, 1. conceptus immaturi partus effusus IV 23, 40; 23, 13 (effusum); 485, 37 (effudit). **aborsum** *ἔκτρωμα* III 142, 7; 207, 35. abiectio infantis (*de Cassiano*) V 425, 20.

Abortum facio *ἐκτιτρώσκω* II 293, 6. **a. fecit** *ἐξέτρωσεν* II 4, 29.

Abortus ex eo quod est orior IV 201, 32; 302, 5; V 259, 39 (est *om*).

Abortus *διαφθορά, ἐπὶ ἀμβλώσεως,* II 275, 36. *διαφθορά* II 487, 11; 533, 34. *ἔκτρωμα* II 293, 28; 490, 61. misbyrd (*AS.*) V 341, 9.

Ab ouilibus *ἀπὸ τῶν προβατοστασίων*, id est ac auilibus (a caulis?) pecudum ablatum est V 435, 34.

Abpatruus frater aui IV 302, 6 (ataui *Hildebrand p.* 2).

Abrasa ablata V 341, 44.

Ab re *ἔξω τοῦ πράγματος* II 304, 52. contra rationem IV 3, 20; V 559, 5 (ab rem). extra re<m> IV 477, 29.

Abrelictorum (abrelictorium?) reliquum quod restat V 435, 35.

Ab re omissiores (abremissionis *cod.*) negligentiores V 530, 52 (= *Ter. Ad.* 831).

Abreptabat *v.* abire coeptabat.

Abrepticius *v.* arrepticius.

Abreptio *ἀφαρπαγή* II 252, 32.

Abreptus *ἀφαρπαγείς* II 4, 37. raptus IV 4, 3. raptus, abductus, sublatus IV 5, 16. **abreptas** cum impetu ambulatas (*scr.* ablatas) V 161, 13.

Abresit *v.* absisto.

Abripio *ἀφαρπάζω* II 252, 33. **abripit** *ἀπαρπάζει* II 4, 36; 554, 48. eripit IV 302, 7. *Cf.* arripio, *quod non semel idem est atque* abripio.

Abrogandas euertendas IV 484, 2; V 260, 5.

Abrogans qui aliquid tollit IV 404, 11. humilis IV 202, 13 (non h. *ab*); 302, 8; V 589, 3. humilis, abiectus IV 484, 1. *Recte Arevalus ad Isid. diff.* I 3 *monet* abrogans *hanc invenisse vim, ut voci* arrogans *opponeretur: cf. Funck Arch.* VIII 389 *et diff. scriptores. V.* arrogans.

Abrogantia detractio V 435, 37.

Abrogatio *ἀκυρωσία* II 224, 28. *ἀποκύρωσις* II 238, 17.

Abrogatus aufertus V 559, 6 (*at cf. sub* abrogo, *ubi est* abrogatur aufertur). **abrogata** deleta V 343, 19.

Abrogo *ἀκυρῶ* II 224, 29. *ἀποκυρῶ* 238, 16. *ἀποκυρῶ, ἐλαττῶ* II 4, 43. *ἀποβάλλω* II 235, 47. *ἀποκηρύσσω* II 237, 34. *ἀποψηφίζομαι* II 242, 51. **abrogat** *ἀποκυροῖ, ἐλαττοῖ* II 4, 35. aufert V 260, 15. ablegat V 590, 37. uindicat, adimit, aufert IV 483, 54. ablegat, abdicat, derogat, detrahit IV 302, 10. **abrogant** detrahunt (detrahant *R.* adtrahunt *G*) uel deducunt *Plac.* V 5, 32 = V 43, 8. **abrogare** legem tollere IV 3, 5; 202, 14; 302, 9; 483, 55; V 259, 22. **abrogatur** aufertur IV 3, 21.

Abrotanum heraclea agrestis III 549, 47 (aprotanum). **aprotano** id est eraclei (= heraclea) III 535, 40. **abrotanus** *δενδρολίβανος* III 589, 44. *δενδρολίβανος* id est **abrotanus** III 610, 50; 623, 7. *Cf.* V 545, 27. *V.* sisymbrium.

Ab rudimentis ab incunabulis V 490, 1.

Abrumpit *ἀπορήσσει* II 4, 44. incidit uel rumpit IV 4, 1; 486, 30. interrumpit, contemnit *lib. gloss.* **abrumpere** a se separare et relinquere *lib. gloss.*

Abrunco *v.* auerrunco.

Abrupta sanctio aperta lex dicitur *Plac.* V 5, 21 = V 43, 9.

Abruptus *ἀπόκρημνος* II 237, 59. inmoderatus uel infrenatus IV 302, 12. princeps (praeceps *Oehler*), inconsideratus V 259, 41. **abruptum** *ἀπερρωγός* II 234, 44. *ἀπόκρημνον* II 4, 42. **abrupta** *ἀπόκρημνα, ἀπερρωγότα* II 4, 41. **abruptis** apertis IV 5, 12; 485, 28. per (pro *codd.*) uim ruptis IV 302, 11. *V.* in abruptum.

Abryzum *v.* obryzum.

Abscedentes (acsecedentes *codd.*) abeuntes V 436, 22: *cf. Festus Pauli 26, 10.*

Abscedo *ἀποχωρῶ* II 242, 49. *ἀφίσταμαι* II 253, 28. **abscedit** *ἀποχωρεῖ* II 4, 50; 5, 22; 554, 49. **abs<c>edit** *ἀποχωρεῖ, ἀπέκρυψεν* (*contam. cf.* abscondo)

II 4, 52; 554, 50. discedit IV 4, 27. discedit, recessit IV 302, 17. **abscedant** facessant (*cf. GR. L.* V 61, 34. faciscant *abc*) IV 302, 13. **abscedito** procul esto, absiste V 435, 39. abesto, procul esto V 260, 10. **abscessit** abiit, euolauit *lib. gloss.*

Abscidens abrumpens. Virgilius: hic plantas tenero abscidens de corpore matrum (*Georg.* II 23, *ubi* abscindens *libri boni*) V 161, 14.

Abscidio *ἀποκοπή* (abscissio *ae*) II 237, 51; 241, 48.

Abscidit *ἀποτέμνει, ἀποκόπτει, ἀπέκοψεν* II 4, 53.

Abscidit(?) **de memoria** exit V 161, 15.

Abscindo amaneo *ἀποκοιτῶ* II 237, 46 (*an* abscedo? absideo?). *ἀποσχίζω* II 241, 17. **abscindit** *ἀποσχίζει* II 5, 4. *V.* abscidens.

Abscisum *ἀποκεκομμένον* II 5, 1; 554, 51. **abscisos** gallos, eunuchos V 559, 3 (*Isid.* XII 7, 50).

Abscissura interualla IV 302, 14 (*aut* abscissurae *aut* interuallo *Hildebrand p.* 2).

Abscito absentio V 435, 38 (*ubi* abscedito absistito *Loewe GL. N.* 173, *cum Stowasser Arch.* I 271 *et lemma et interpretamentum tutetur. cogitavi de* absideo absentio).

Absconditum *ἀπόκρυφον* II 238, 8. absconsum, celatum IV 427, 22.

Abscondo *κρύπτω* III 76, 29. *ἀποκρύπτω* II 238, 6. *κρύβω* III 148, 38. **abscondit** *κρύβει* III 148, 37. *ἀποκρύπτει* II 4, 51. recondit V 638, 26 (= *Non.* 75, 22). **abscondere** occultare *lib. gloss.* (*Arch.* VI 151). **abscondi** chrybeni (*κρυβῆναι*?) III 398, 12.

Absconse *λάθρα* II 5, 7.

Absconsus *ἀπόκρυφος* II 238, 9. **absconsum** *ἀποκεκρυμμένον* II 237, 33. *κρυπτόν* III 398, 13. latens, occultum IV 302, 15.

Ab se spontaneus V 589, 5.

Ab sede ab oppido IV 427, 23 (*Verg. Aen.* I 270, *saepius*).

Absens *ἀπών* II 5, 9; 243, 36; III 127, 58. absistens IV 302, 18. **absentes** *ἀπόντες* II 5, 11; III 127, 59. *Cf. Plaut. Cas.* 20. **absentium** *ἀπόντων* II 5, 12; III 127, 60. *Cf.* ab absente secundum praesentem, iuxta praesentem (*quae nescio quomodo contaminata est*) V 259, 37. *Vix huc pertinent glossae quas Loewe GL. N.* 213 *tractavit* (abantes).

Absentaneum *v.* absurdum et absentium uidetur.

Absentatio *ἀποστήθισις, ἀπὸ στόματος* II 5, 45; 554, 65: *ubi ἀπὸ στήθους Vulcanius: σώματος cg.*

